



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Fructuosus E. M. 21. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Ibi Martyr à flagris, flammis, ferisq[ue]
innocius, nocenti tandem carnifici
ferro cecidit, monuitq[ue] non mentit[ur]
poëtas, qui ex Olympo ad cælos esse ad-
rum canunt. Ex *Martyrol. Rom. O-*
Menais Græcis.

*Delectatur Dominus JESUS in gratia
tate vite, in cordium puritate, & in per-*
fectione virtutum servorum suorum. Pro-
pterea Angelicam conversationem tenen-
conentur, quotquot cælesti domine gratia
simum desiderant exhibere famulatum.
B. Laur. Iust. de discip. Monast. Con-
vers.

S. FRUCTUOSUS E. M. 21. Iulii

IBant ab Æmiliano Præfide missi licet
res, qui FRUCTUOSUM Tarraconis
Episcopum in vincula abriperent. Non
fugit hic, sed bonum se pastorem pro-
baturus obviam etiam ivit lupis. In car-
cere verò constitutus signum scilicet ex-
spectavit, quo currere ad immortalita-
tem juberetur. Jamque feria VI. ade-
rat, quâ Christus ipse martyribus map-
pam misit, cum FRUCTUOSUS duobus
stipatus comitibus ad rogam cucurrit. Ex
itinere oblatum à piis haustum Christi
exemplo respuit, jejunii sui etiam in mor-
te tenax. Nudis pedibus flammis tamen
insultavit, atque inde veluti pro rostris
Christianos est adhortatus, oculos in æ-
ter-

21. Ian. VITÆ SANCTORUM. 53
ternitatem defigerent, non cruciatus bre-
ves. Jam vincula flammis soluta manus
solverant, cum FRUCTUOSUS, expli-
catis in crucem brachiis, cælum specta-
re, cælum precibus pulsare. Et ecce pan-
ditur hoc, & Martyres (spectantibus
triumphum impiis) inter flammarum
globos, ad cælum evolarunt, coronis
omnes insignes, indeque rident admotas
necquicquam à iudice machinas. Tam
illustrem itaque rogam non aquâ sed
mero diluendum duxerunt Christiani;
sed distinguere laborantibus sacra ossa, è
cælo FRUNCTUOSUS adfuit, vetuit-
que terris disjungi, quos cælum junxif-
set. Ex Surio.

*Laborare non vis, qui utrùm vivas usque
ad senectam nescis: quare differs vocantem
te, virtus de mercede, incertus de die? vi-
dene fortè quod illi tibi daturus est promit-
tendo, tu tibi auferas differendo.* Aug.
ferm. 56. de verb. Dom.

S. MENRADUS MART. 21. Ian.

Fuit MENRADUS Suevici sanguinis
Comes. Tirocinium melioris militiae
in Ascet erio (Augiam Divitem dixere)
posuit. Mox ex tirone miles, ex milite
Dux castra in Eremum movit, semper
inclutus victoriis ab orco reportatis: qui
tam densâ quandoque acie casam oppug-
navit militis nostri, ut suam diei cum
D 3 sole